

In una parte.

6. M. Antonius aperto capite, & Cleopatra diademata inuicem proximè intuentur, Ad Regine pectus rostrum est nauis. Circumscriptio. M. AN. IMP. MVIR. P. P. C. CLEOPATRA REGINA AEGYPTI.

In altera.

Nauis bellica sinistrorsum tendit, & remis, & uelo utens sublato. Ab cuius utroq; latere duo pilei sunt, Castoris nimirum & Pollucis. Superscriptio. CAPITO PROP. Nummum hunc aneum domi mea habes.

In una parte.

7. M. Antonius effigiatur, laeuis aspectu, denudato uertice, cum nominis monumento. M. AN. AVGVN. MVIR. P. P. C.

In altera.

Trophæum insigne est ex Armeniacis spolijs confectum, cui galea perelegans, falx, securis, scutum, tunica, ensis, appensa sunt, infraq; hinc inde adiacent rotunda scuta cum pilis. Inscriptio hinc inde. IMP. - TER. Nummum hunc aneum uidi Romae apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

8. M. Antonius habetur dextrorsum intuens, aperto capite, cum nominis monumento. M. AN. IMP. MVIR. P. P. C.

In altera.

Lepidi
fij.